



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Robertus Abb. 29. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

S. ROBERTUS ABB. 29. Aprilis.

SS. 1

**R**OBERTVS gente Campanus natalium decus virtute ad immortalem memoriam illustravit. Nondum erat editus in lucem, cùm Ermgardis matri per quietem objecta Deipara annulum obtulit, eoque sibi clausum utero infantem despondit. Quem natum sic Ermgardis eduxit, ut sacro pactæ virginis connubio dignus redderetur. In Cellensi Asceterio Monachum indutus, diversum supremâ potestate cœnobii præsedit, religiosæ potius disciplinæ, quam cumulandis opibus intentus. Accidit, ut ad portas duo sacris iniciati, sed egentes, ab ROBERTO stipem præstolarentur. Negabat penoris præfectus vel unum panem reliquum esse. Ad prandium signo excitis domesticis, Abbas, conspectis in mensâ panibus, unde illati essent, rogavit. Oecono mo respondente, se Fratrum numero æquatos panes reservasse, omnes tolli jussit, ad fiduciam & obedientiam anxias suorum cogitationes revocaturus. Ex humanis ab octogenario major, die jam prospetto atque indicato. Curam suorum ne à morte quidem posuit, increpare somnolentos solitus, excitareque ad divinas laudes, mirâ benevolentia, quâ tamen ergo nos Angeli quotidie utuntur, exiguo operæ pretio. Quid vis? Deus ipse ad ostium stat & pulsat neque tamen expurgisceris. *Ex Lippeloo.*

*Christus per Mysterium suum tibi videatur in omni Christus per sui amoris incendium tibi vivat semper in corde, ut congruat etiam tibi, quod sponsa dicit in Canticis, Fasciculus Myrræ dilectus meus mihi.*  
*S.P.Dam.l.7.Ep.19.*

SS. MA.